21

I 31/49

1

Antonius miseratione divina Eps Sabinen Dilecto in xpo filiis Guill(elm)o
Raymundo Galcerando de Fenolleto de Vinoso et de Bono Vicecomiti de
Tuolo de Insula et de Caneto ac Jacobo de Lupiano et Michaeli Dinaran(do)
Canonicis ecclie Elnen Salutem in Dno

Ex parte vestra nobis oblata petitio continebat quod dudum pro parte dilectorum
vestrorum Jacobi et Michaelis ac qui tunc in humanis agebat Michaelis Massot etiam
dum viveret Canonicorum dicte ecclie apud sedem aplicam exposito quod licet quondam
Andreas de Fenolleto Vicecomes de Insula et de Caneto tunc in humanis
agens ac cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici
commertio commutare in sua ultima voluntate seu testamento de bonis suis
condito de Caneto Petro de Fenolleto filio suo legitimo et naturali et de
Insula Vicecomitatibus respective eundem Hugonem de Sancta Pace reliquis
pro anima sua heredem universalem in residuo omnium bonorum suorum huiusmodi
instituerit et predictum testamentum penes quondam Bernardinum Borgna
tunc Notarium publicum oppidi de Insula Elnen dioc. et in suis poss(ession)e
reliquerit ac pro huiusmodi testamenti defensione et manutentione quosdam
commissarios videlicet venerabilem in xpo patrem Dei gratia Epum Elnen
pro tempore existentem et dictos Canonicos eiusdem ecclie Elnen deputaverit
et reliquerit Et tandem Petrus et Hugo prefati seu alter eorum sine
liberis decederet seu decederent quod dictus noster Hugo epo in Vicecomitatibus
huiusmodi eisdem Petro et Hugoni seu alteri eorum substitueretur et
surrogaretur et quod in talem eventum in Castro de Caneto unum Mona
sterium fratrum nigrorum ordinis Sancti Benedicti construeretur et erigeretur
ac ipsius Monasterii caput et Prioratus de Caneto assignando eidem
Monasterio omnia bona sua nominarentur expresse mandaverit Et sibi
non obstante Petrus prefatus suum primum testamentum in quo ceteris heredibus
suis Vicecomitatum de Caneto huiusmodi ac omnia bona sua testamento prefati
Andree testatoris propterea providendo reliquerit et instituerit Et
postmodum fidei Petrus et Hugo ab hac luce absque liberis successive decesse
rint eorumque quilibet decesserit ac pretenso testamento predictum Petrum
vel prefertur conditi vigore seu alias heredes predicti seu Andree huiusmodi in
Vicecomitatibus de Castro de Caneto et Insula ac alia bona huiusmodi se intruserint

Et propter predictorum manumissorum obitus seu absentiam aut alio testamentum
eiusdem Andree huiusmodi adimpletum non fuerit heredes huiusmodi et
huiusmodi minus adimplere curarent. Nichilominus postea Consules
de Sancto Vincentio monasterium predictum in dicto Castro pro testamenti
dicti Andree adimplemento construendum et edificandum esse eorum Vicario
Episcopi Eluensis tunc absentis ut de manumissoribus in testamento prefati
Andree occasione dicte ultime voluntatis exadimplende provideret
instantissime postularunt. Qui quidem Vicarius ad eorum Consulum
instantiam ~~[illegible]~~ Jacobum et Michaelem Pinard ac Michaelem
Masset in manumissores dicti testamenti deputauerat ~~[illegible]~~ vobis
prefatum deputatis et propterea volentibus dictum testamentum eiusdem
Andree executioni debite iuxta eorum officium demandare te Guillermum
Galcerandum ~~[illegible]~~ occasione successionis hereditarie seu quod ex
progenie dictorum Andree et Petri seu aliorum ex eisdem
descendentium descendere dicebatis seu descendebas aut alio obtinentes
ut eosdem Vicecomitatus de Insula et de Sancto eis premissorum
occasione relaxaretis requisieratis Et propterea inter vos manumissores
ut premittitur deputatos ex una et te Guillermum ~~[illegible]~~
[illegible]ibus ex altera de et super omni et singulorum in predicto testamento
eiusdem Andree contentorum executione facienda lis seu controversia
aut questionis materia exorta fuerat ~~[illegible]~~ vos litigantes
postmodum litium anfractus et dubios euentus euitare ac sumptibus
et expensis parcere affectantes ad infrascriptam mediis et occasione
quorundam Arbitratorum ~~[illegible]~~ vos litigantes huiusmodi deputatos
deuenerantis concordiam videlicet quod tu Guillermum in pacifica
eorum Vicecomitatuum possessione et iure tibi quod illos competenti
tuo ~~[illegible]~~ dimitteretis et relinqueretis et loco pie cause huiusmodi
eiusdem Andree testatoris relicte tu Guillerme Vicecomes dicte
bone [illegible] ecclesiastica sacerdotalia in ecclesia de Sancto pro ipsius Andree
testatoris anime salute et in illius remissionem ac memoriam ex bonis
dicti Vicecomitatus de Sancto seu expensis et sumptibus tuis iuxta
dicti Vicecomitatus [illegible] ut prefertur obtenti edificares construeres et
erigeres seu edificari construi et erigi faceres et curares Et in euentum

quod reperirentur tu Guillerme alia castra et loca seu quevis alia bona que dictus
Andreas testator ante ipsius obitum tenuit et possedit tenere et possidere, per nullum
et quemcumque alium eventum similiter eventum tu Guillerme predictum monasterium
de Cancio iuxta ipsius Andree testatoris ordinationem construere et edificare
seu construi et edificari facere tenereris prout hec et alia in instrumento desuper
confecto plenius dicebantur contineri. Et postmodum eadem petitione
subiuncto quod tam vos manumissores quam Guillermus [illegible] prefatam
concordiam pro illius subsistentia firmiori apostolice confirmationis munimine
roborari, eadem sedes vestris supplicationibus inclinata per suas ex officio
sacre penitentiarie apostolice expeditas litteras in quibus testamenti ac
instrumenti concordie huiusmodi et aliarum scripturarum desuper quomodolibet confectarum
tenores ac vicecomitatum aliorumque castrorum et locorum ac bonorum
immobilium per ipsum testatorem relictorum predictorum situationes confines
valores denominationes et circumstantias ac si eisdem litteris inserti
fuissent pro plene et sufficienter expressis haberi voluit, iudicibus
tunc expressis dedit in mandatis quod si ita esset prefatam
concordiam ac prout eam concernebant omnia et singula in dicto
instrumento contenta licita tamen et honesta ac iuri canonico non contraria
apostolica auctoritate confirmarent et approbarent defectusque et singulos tam
iuris quam facti defectus si qui forsan intervenissent in eisdem supplerent
ac voluntatem dicti testatoris quoad opus esset in eo quod ad hoc pr-
commutarent, non obstantibus premissis ac in eisdem litteris
contentis dictique Andree testatoris voluntate huiusmodi et aliis
constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque
contrariis quibuscumque. Proviso quod si ~~predicti~~ tu Guillerme dicta duo bona [illegible]
construi fecisses et in eventum quod tu castra et loca aliaque bona
predicta que idem testator tenuit teneres ipseque iudices ~~[illegible]~~
et vos manumissores tu Guillerme ad beneficia et monasterium
de Cancio huiusmodi iuxta ipsius testatoris quoad dictum [illegible]
ordinationem erigendum et construendum aut finiendum seu construi
aut finiri faciendum tunc prout tu Guillerme licite posses
sollicitatores et inducentes et quod tu Guillerme facere recusasses

GOBIERNO DE ARAGON

ad id juxta concordiam huiusmodi faciendum compellentis et artantis prout in
eisdem litteris sub datum Rome apud sanctum Petrum
Pontificatus domini Pauli pape tertii anno expeditis plenius
dicitur contineri primo et deinde per vias pacis apud sedem eandem similiter
exposito quod quamvis tunc in principio litterarum earundem narratum fuerit
quod dictus Andreas de Foulleto quondam vicecomes vicecomitatuum
de Insula et de Cancto huiusmodi in eius ultima voluntate seu testamento
de bonis suis dicto de Cancto Petro de Foulleto et de Insula
vicecomitatibus predictis Hugonem de Sancta Cruce supradictis relictis
animam suam heredem universalem in residuo suorum bonorum huiusmodi instituerat
Nichilominus hoc extra facti veritatem narratum extiterat cum in
rei veritate esset quod dictus Andreas dictum Petrum eius filium
sibi in dictis vicecomitatibus de Insula et de Cancto heredem universalem
instituisset et eidem Petro si sine liberis legitimis et naturalibus
decederet in dicto Cancto dictum fratrem suum Hugonem substituisset et
propterea ac ex eo quod decima vel alia honori linea earundem litterarum
prope finem seu medium Marum loco vicecomitatus de Cancto dictum
fuerat de Castro dubitabatis predictas litteras ac earum vigore inde
secuta et sequenda quecumque valida existere ac judices quibus
premissionarie (?) dirigebantur ad Marum [...] compromissionem (?) prout voluerant
huiusmodi procedere velle seu posse Ad tollendum omnem conscientie
scrupulum dicta sedes vestris supplicationibus inclinata similiter
inclinata alias per dictum officium suum sacre penitentiarie
expeditas litteras similiter in quibus ulterioris instrumenti super
concordia huiusmodi die vicesima secunda mensis Januarii anni
domini millesimi quingentesimi quadragesimi coram notario et
testibus facti tenorem eisdem litteris ac si de verbo ad verbum inserti
fuissent pro plene et sufficienter expressis habuit etiam certis tunc
expressis judicibus similiter dedit in mandatis quod si ita esset
litteras predictas commissionis confirmationis approbationis supplectionis
et commutationis huiusmodi Marumque vigore secuta subsecuta et
subsequenda quecumque valida et efficacia ac sufficientia fuisse

GOBIERNO DE ARAGON

et esse plenariamque roboris firmitatem obtinuisse et obtinere ac ipsos judices
ad earundem prenominatarum litterarum omniumque et singulorum in eis ac ulteriori
instrumento huiusmodi contentorum executionem in locum aliorum judicum in eisdem
prenominatis litteris contentorum procedere in omnibus et per omnia ac prefata
veritate ambarum litterarum huiusmodi vim formam et tenorem posse et debere
iuxta omnino ac si omnia et singula premissa ac in eisdem prenomi-
natis litteris ac alias prefata facti veritate narrata ipsis prenominatis
litteris eisdem judicibus a principio directe fuissent decreverunt et
declararunt et non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis
ac voluntate testatoris huiusmodi ceterisque aliis que in eisdem dominus
prioribus litteris concessum fuerat non obstare ceterisque contrariis
quibuscumque prout in eisdem litteris similiter sub datum Rome apud
Sanctum Petrum + Pontificatus domini Pauli
pape tertii anno decimo expeditis plenius dicitur contineri
Cum autem sicut eadem expositio subiungebat omnia
et singula in litteris premencionatis huiusmodi contenta et expressa
aliquantulum inordinate et confuse narrata et expressa fuisse
videantur adeo quod facti veritatem ex eis capi et intelligi posse
difficile sit. Et propterea vos qui recta via quantum fieri potest
procedere ac omnes scrupulos evitare utrumque in vestris negotiis
et rebus clare et sincere progredi et vivere conamini omnem totius
negotii veritatem pro maiori cautela reiterare seu de novo
narrare desideratis sub modo et forma infrascriptis videlicet
quod alias postquam Andreas de Fenolleto vicecomes de Insula et de
Caneto et Elnes dominus tunc in humanis agens et condens de
bonis suis in eius ultima voluntate testamentum quondam Petrum
etiam de Fenolleto filium suum legitimum et naturalem etiam tunc in
humanis agentem sibi in de Insula et de Caneto huiusmodi
vicecomitatibus quos seu quorum alterum dictus Andreas tunc forsan
in feudum obtinebat ac alias universalem heredem instituerat et eidem
Petro sine liberis legitimis et naturalibus decedenti in de Insula

Vicecomitis quondam hugonis de sancta [illegible] simul tunc in humanis
agentes et in de Sancto ac etiam [illegible] dictus hugo sine liberis
legitimis et naturalibus decederet in de Insula Vicecomitatibus predictis
dominum suum [illegible] et pias causas substituerat Et quod in eventu
substitutionis huiusmodi ex omnibus bonis suis domus monasterium
seu [illegible] nigrorum ordinis sancti Benedicti quod per unum priorem
de Sancto [illegible] gubernaretur sub certis modo et forma
construeretur voluerat et ordinaverat Necnon venerabilem in Christo
patrem dei gratia episcopum Elnensem pro tempore existentem et duos dicte
ecclesie Elnensis canonicos testamenti sui huiusmodi executores
nominaverat Cumque Andreas primo et deinde Hugo primus per
eum quondam testamento et ultimis heredibus sibi quoad dictos
Vicecomitatus licet forsan de facto instituti Petrus ac Hugo
prefati absque liberis legitimis et naturalibus decessissent per
substitutionibus per ipsum Andream factis locus fuisset ac
tunc consules castri de Sancto huiusmodi monasterium
predictum in eodem castro pro executione voluntatis dicti Andree
testatoris construi debere pretenderent et coram tunc vicario tunc
episcopi Elnensis comparuissent et te Raymundum Galcerandum
etiam de Fenolleto de [illegible] Vicecomites de [illegible]
ac huiusmodi Insula et Sancto ad relaxationem dictorum
Vicecomitatuum de Insula et Sancto quos seu quorum alterum
tu Guillermus Raymundus etiam forsan in feudum obtines monere
requisivissent et propterea super dictis Vicecomitatibus lis et
controversia seu questionis materia exorta fuisset seu [illegible]
exoriri formidaretur Vos Jacobus de Lupiano et Michael
[illegible] ac tunc in humanis agens quondam Michael masset
canonici [illegible] ecclesie Elnensis executores ad [illegible] dictum
vicarium Elnensem in defectum aliorum surrogati ac etiam dilectus
in Christo Gaspar de [illegible] tui Guillermi procurator ad id a
te legitime constitutus volentes litium anfractus evitare ac laboribus

et expensis partis lesionis seu extroncesiani huiusmodi cum dependentibus ab ea
et emergentibus ex ea ac illi annexis in Reverendum dominum in Christo Ray
mundum Coromines Canonicum ecclesie Sancti Joannis oppidi Perpi
niani dioc. Elnensis necnon et franciscum de Lupiano seniorem
domicellum dicti oppidi ac Georgium Campredo Juris utriusque professorem
tanquam Arbitros et arbitratores ac amicabiles compositores cum ante
et decreto [illegible]
Januarij anni a millesimi quingentesimi quadragesimi compromiserunt
ipsique arbitri arbitratores et amicabiles compositores compromisso
huiusmodi in se suscepto et visis ipsarum partium Juribus et
sumpto quod in premissis Inter vos Michaelem et Jacobum Massot
ac Michaelem [illegible] ex una et te Guillermum Raymundum
sub data die vicesima secunda mensis Januarij currentis anni
a millesimi quingentesimi quadragesimi tulerunt et promulga
runt laudum sive arbitrium aut arbitramentum sive arbitramentalem
sententiam pronunciarunt sententiarunt declararunt et arbitrati sunt
Vicecomitatus de Insula et de Canneto predictos cum eorum et
utriusque eorum Jurisdictione civili et criminali ac mero et
mixto Imperio aliisque Juribus et pertinentiis ad eundem Guillermum
Raymundum vigore antiquioris substitutionis et tunc possessores
dictorum Vicecomitatuum facte spectare et pertinere ac tibi adiudicarunt
deberi prout tunc adiudicarunt ac te Guillermum
Raymundum ad infra duos annos a die publicationis sententie
arbitramentalis huiusmodi computandos duo perpetua simplicia
beneficia ecclesiastica sacerdotalia in ecclesia dicti Castri de
Canneto pro duobus presbiteris qui in eadem ecclesia horis canonicis
interessent ac eundem dominum Jesum Christum in salutem anime et
remissionem peccatorum dicti Andree orarent fundandum et
dotandum ac cuilibet presbitero quinquaginta libras monete
Perpinianensis censuales annuales rendales de censali mortuo
nuncupatas, ut tunc expressis modo et forma redimibiles [illegible]

Ac in eventum in quem ~~[illegible]~~ Guillermus Raymundus aut
tibi successores etiam castra et loca per dictum Andream
tempore sui obitus possessa temperaverit seu temperavit unum
monasterium dicti ordinis Sancti Benedicti infra
edificari faciendum et quatuor inibi monachos sustentandum
et illis de redditibus ut prefertur temperandis redditus
sufficientes [illegible] juxta predictam ordinationem ~~[illegible]~~ seu
pro tempore loco illius surrogandorum executorum assignandum
ordinavit prout etiam in diversis instrumentis et aliis scripturis
publicis desuper confectis plenius etiam dicitur contineri
[illegible] cum autem sicut eadem petitio subiungebat ea
firmiora existant quibus apostolice confirmationis auctoritas
intervenit et propterea cupiatis premissa omnia et singula
ac in literis et instrumentis ac scripturis huiusmodi contenta
pro illorum subsistentia firmiori apostolice confirmationis muni-
mine roborari. Supplicari fecistis humiliter vobis
super hoc per sedem apostolicam supradictam de opportuno remedio
misericorditer providere. Nos igitur literarum ac instrumentorum
et aliarum scripturarum huiusmodi omniumque et singulorum hic
necessario exprimendorum tenores continentias aliasque formas decretaque
veridicas qualitates et veros etiam annuos valores
ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro plene
et sufficienter expressis habentes huiusmodi supplicationibus
inclinati auctoritate domini pape cuius penitentiarie curam
gerimus et de eius speciali mandato super hoc vive vocis
oraculo nobis facto laudum seu arbitrium aut
arbitramentalem sententiam huiusmodi ac premissa omnia
et singula prout in eis concernunt omnia et singula in
sententia seu laudo et arbitramento ac instrumentis et aliis
scripturis huiusmodi contenta et inde secuta quecunque licita
tamen et honesta tenore presentium apostolica auctoritate tenore premissis

tenore presentium confirmamus et approbamus Omnesque et singulos tam
juris quam facti defectus si qui forsitan intervenerint in eisdem supplemus
ac illa perpetue firmitatis robur obtinere et ab omnibus inviolabiliter
observari debere Necnon te Guillermum Raymundum quo ad
percipiendum omnia jura bona castra et loca que prefatus Andreas
tempore dicti sui obitus possidebat in locum dictarum piarum causarum
subrogamus et surrogatum fore et esse ac censeri debere
Sicque per [illegible]
auctoritate fungentibus sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter
judicandi et interpretandi facultate judicari et diffiniri debere
irritum quoque et inane quicquid secus in contrarium contigerit
attemptari decernimus et declaramus Quocirca

et eorum cuilibet ac mandato predictis committimus et
mandamus quatenus vobis in premissis efficacis defensionis
presidio assistentes faciant vos confirmatione approbatione
suppletione surrogatione decreto et declaratione omnibusque
et singulis aliis premissis ~~[illegible]~~ ac moris locis tenoribus
pacifice frui et inviolabiliter gaudere Non permittentes
vos desuper a loci ordinarium seu aliis pro tempore
existentibus futuris temporibus existentes supradictos aut
quoscumque alios tam ecclesiasticos quam seculares judices et
personas quacumque etiam apostolica auctoritate fungentes publice
vel occulte tacite vel expresse directe vel indirecte aut
alias quomodolibet molestari perturbari aut inquietari
Contradictores quoslibet et rebelles per censuram
ecclesiasticam et alia juris opportuna remedia appella-
tione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si
opus fuerit auxilio brachii secularis Non
obstantibus premissis ac quatenus opus sit felicis recordationis
Pauli pape secundi de rebus ecclesiasticis non alienandis

[Left margin: per se vel alium / seu alios]

[Left margin: per ac quibuslibet vobis / in premissorum etc.]

10

nostra voluntate predicta aliisque constitutionibus et ordinationi
bus apostolicis ac dicti ordinis etiam iuramento confirmatione
apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consue
tudinibus privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis sub quibuscumque
tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis quomodolibet
forsan concessis confirmatis et etiam iteratis vicibus innovatis
Quibus omnibus et singulis illorum tenores ac si de verbo ad
verbum insererentur pro plene et sufficienter expressis habentes
illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat
specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque
Dat. Rome apud Sanctum Petrum
Pontificatus
dni Pauli ppe iij Anno Octavo

Copia supp.mis Pe. Penitenciario
de Comissario Apostolico
para las cosas del Hosp.l
ecd. Andres de Senosiein
Hip.o de Canelle.

GOBIERNO DE ARAGON